

DISSERTATIO ASTRONOMICA  
DE ECLIPSI SOLIS ANNO 1816 DIE 19 NO-  
VEMBRIS ABOÆ APPARITURA,

QUAM

VENIA AMPLISS. PHIL. ORDINIS IN UNIVERS. AB.

AD PUBLICUM EXAMEN DEFERUNT

HENRICUS JOHANNES WALBECK,  
*Phil. Doct. & AA. LL. Mag.*

&c

R E S P O N D E N S

ANDREAS JOHANNES CHTDENIUS,  
*Ostrobothn. Stip. Publ.*

In Aud. Philos. die 18 Nov. 1815.

h. a. m. s.

---

A B O Æ, Typis FRENCKELLIANIS.

74



**N**eminem, qui animum ad divinam & excelsam  
illam Scientiam Sidereum, quæ ceteras inter  
multum eminet, vel aliquantulum verterit, fugere  
potest, ad quantam perfectionem illa jam ultimis  
hisce decenniis, laudabili studio summorum inge-  
niorum, sit evecta. Minime tamen eo contendere  
volumus, nihil jam vel ultra posse adjici, cum  
**Astronomia** ut pars **Matheseos**, quæ ut **Philoso-**  
**phia** infinita est, & quæ numquam perfectissima  
reddi potest, ipsam quoque portam his tempori-  
bus habeat latius apertam, per quam seculorum  
posteriorum viri, vestigia præcessorum prementes,  
ad interiora & magis abscondita cœlestis domus  
adyta pervenient.

**A.** **Ad**

Ad hanc vero perfectionem dupli modo elata est ipsa, de qua loquimur, Scientia. Et primum quod ad practicam attinet partem, instrumenta Astronomica jam ita ab artificibus, Anglicis præsertim, fabricantur, ut nihil fere in iis desiderandum videatur. Novam in primis epocham in horum constructione fecit Ill. REICHENBACH, Monachiensis, de quo hucusque fere inaudita in Ephemeridibus novissimis leguntur. Rotæ multipli catoriaæ, quarum auctor primus erat celebratissimus T. MAYER, novam, uti constat, & unicam præbent methodum, observationes fere ad limitem, quem volueris, præcisionis evehendi. Ita etiam ex methodis observationes calculo subjiciendi, a Celeberr. GAUSS in opere: *Theoria motuum corp. cœlestium in seðt. conn. Solem ambientium* (Hamb. 1809) præsertim per usum quadratorum minimorum multum emendatis, nova in scientiam maxime laudabilia redundant commoda. Theoreticam faciem, nova & ad summum culmen evecta analysi, Illustriss. LAPLACE in opere eximio, *Mécanique Céleste*, fere permutavit, & quid efficere ingenium humnum possit, ostendit. Incredibili fere labore corporum cœlestium loca determinata jam sunt. Sic Tabulas Lunares BÜRG & BURCKHARDT, Solares DELAMBRE & von ZACH, alios ut prætermittam, in lucem edidere. Hæc exactior tabularum ratio in causa est, cur calculi, his superstructi, majori  
nunc

nunc quam olim gaudere possint præcisione, cum tamen minime sit statuendum, præsentes hasce tabulas ita jam esse exactas, ne amplius junctis Astronomorum laboribus, fatigari nesciis, observationibus scilicet saepe repetitis & calculis possint emendari: omnes enim e sensibus humanis pendentes angulorum & temporum determinationes non exhibent in accuratissimis observationibus nisi primas sex vel septem figuræ fractionum mixtarum decimalium in infinitum excurrentia *a)*, circulo & die pro unitate assumto, exceptis, quod perspicuum est, mediis motibus cœlestium corporum, qui quondam accuratius erunt cogniti. Quæ jam a nobis allata sunt, tantum ad demonstrandum usum tabularum recentissimarum dicta sunt; quarum sc. lætior conditio nobis in primis arrisit, opusculum quoddam astronomicum edituris, quo brevem expositionem futuri, die 19 Nov. anni proxime venientis, Solis in urbe nostra deliquii C. Lectorum oculis submittimus.

2.

Cum ad eclipses Solis pro loco quodam e tabulis computandas non minus accuratissimæ ejus

A 2

&

---

*a)* Eadem etiam est ratio determinandarum distantiarum vel longitudinum, ubi multi perperam mensuras arte factas ut quantitates mathematicas absolutas spectant.

& Lunæ, quam & loci terrestris, præsertim in longitudine, satis exactæ requirantur positiones, necessarium fuit, ex observationibus, paucis licet, quæ hactenus heic habitæ sunt, positionem maxime probabilem Aboæ elicere. Observationes, quas pro Latitudine determinanda Rev. GADOLIN circa annum 1750,2 heic instituit, ceteris ea ex causa debent anteferri, quod instrumentum ab eo adhibitum, radio majore (= 3 ped.) quam alia heic usitata, majorem admittere potuit exactitudinem. Ex observationibus ejus *b)* repetito calculo invenimus Latitudinem templi cathedralis Aboënsis =  $60^{\circ} 27' 15'',$  & probabiles errores, quos observationum ipse calculus admittit, inter  $\pm 3'' \dots 5''$ . Quam optime confirmant observationes Ampl. C. P. HÅLLSTRÖM, anno 1806 ope Sextantis Ramsdeniani 9 poll. suec. institutæ, quæ, desumitis declinationibus e Tabulis Gothanis recentibus,  $60^{\circ} 27' 11'',$  præbent. Assumsimus in sequentibus  $60^{\circ} 27' 15'',$  quam determinationem probabilem saltem declaramus, posterioribus observationibus forsan non multum corrigendam.

Longitudinem, ex eclipsibus Solis annis 1802, 1803, 1804 & Mercurii transitu 1802 a Cel. G. G. HÅLLSTRÖM observatis, quod forsan alio tempore ulterius calculo ostendemus, invenimus, ab observatorio

---

*b)* Sv. Vet. Ac. Handl. 1753.

vatorio regio Parisino  $1^h 19' 51''$ . Medium etiam ex veteribus determinationibus, observationibus nempe Ecl. Solis a 1764, 1769, & Occultationis Veneris a Luna 1751 a LEXELL, DUSEJOUR & WURM computatis est =  $1^h 19' 51''$ , & observationes laudati C. P. HÅLLSTRÖM eodem anno, Chronometro Arnoldiano factæ, per methodum quadratorum minimorum calculo subjectæ c), præbent differentiam meridianorum

c) Inutile non videtur heic afferre, quomodo ex observationibus ejus, sane exactis, longitudinem Aboæ computaverimus. Sit motus chronometri diurnus medius in loco primo per quadrata minima inventus =  $\Delta_0$ , valens præcipue pro medio arithmeticò dierum observationis = 0, & in loco altero, cuius longitudine determinabitur =  $\Delta_1$ , pro die  $t_1$ , & deinde pro die  $t_2$  medio e sequentibus =  $\Delta_2$ , & status chronometri in meridie medio loci primi, in initio diei = 0, =  $A_0$ , erit status chronometri secundum meridianum hujus pro die  $n$  =  $A_n$  =  $A_0 + \alpha n + \beta n^2 + \gamma n^3$ ,  

$$\text{positis } \gamma = \frac{(\Delta_2 - \Delta_0)t_1 - (\Delta_1 - \Delta_0)t_2}{3t_1 t_2 (t_2 - t_1)}, \quad \beta = \frac{\Delta_1 - \Delta_0 - 3\gamma t_1 (t_2 - t_1)}{2t_1}$$

$\alpha = \Delta_0 - \beta - \gamma$ . Pro  $n$  sumendum est in plurimis casibus medium fere arithmeticum ex diebus observationum in loco altero. Sæpiissime sufficit, si observationes id concedunt, ac si deficiant,  $\gamma = 0$  ponere. Observationes vero sunt, ab Observatore ipse nobis benigne communicatae:

Jun. 19.	Holmiae	18' 56'',1	Jul. 8.	Aboæ	2' 38'',7
27.		19' 6,5	11.		2 36,4
28.		19 10,6	13.		2 44,4
Jul. 2.		19 22,9	30.		3 47,6
			31.		3 51,3

norum Templi Aboënsis & observatorii Holmien-  
sis =  $16' 58'',3$ , quod, assumta per medium, ex  
determinationibus Cell. TRIESNECKER & CRONSTRAND,  
longitudine Holmiæ =  $1^h 2' 52'',4$ , pro Aboa dat.  
 $1^h 19' 50'',8$ .

## 3.

Ad corrigendam Latitudinem & parallaxem lu-  
næ usi sumus valore ellipticitatis terræ  $\frac{1}{503}$ , cu-  
jus caussam antea ostendimus *d*). Licitum nobis  
sit, ad ulteriore confirmationem animadvertere,  
formulam a nobis propositam pro longitudine pen-  
duli, quæ cum hoc valore cohæret ellipticitatis,  
constantem Lunæ parallaxeos requirere, assumta  
Lunæ secundum Ill. LAPLACE massa =  $\frac{2}{68,5}$ , =  $56' 58'',8$ ,  
quod bene quadrat cum determinatione Celeberri-  
mi BURCKHARDT, secundum quam Bürgiana quan-  
titate  $1'',7$  diminui debet *e*). Radium Solarem ad-  
hibuimus Delambreanum, qui etiam in Tabulis  
Gothanis occurrit; quod vero Lunarem attinet,  
eum

*d)* Diss. sistens quantitates quasdam constantes ad computan-  
das occult. fixarum idoneas, Præs. J. F. AHLSTEDT,  
Aboë 1815.

*e)* Voyage de AL. HUMBOLDT & BONPLAND, Quatrième Par-  
tie, Astronomie & Magnetisme, Réd. par OLMANNS, Paris,  
1810. Tom. II. pag. 313.

eum e tabulis Bürgianis, ut cetera Lunæ elementa, excepta latitudine, quæ secundum LAPLACE est determinata, de promsimus, etsi probabile sit, eum negativam aliquam correctionem require, quam 1",53 posuit Celeb. STRUVE f), cum non sit negandum, mediocribus observationibus aliquanto maiores, quam optimis, saepissime determinari cœlestium corporum diametros, quod e tuborum diversitate maxime oritur.

## 4.

Elementa calculi hæc sunt:

Paris. Temp. Med. d. 18 Nov. 1816:

20 <sup>h</sup>	30' 0"	21 <sup>h</sup>	40' 0"	22 <sup>h</sup>	50' 0"
-----------------	--------	-----------------	--------	-----------------	--------

T. Aboæ Med. 21	49 51	22	59 51	24 9	51
-----------------	-------	----	-------	------	----

Long. ☽	236° 56' 29",58	236° 59' 26",41	237° 2' 23",24
---------	-----------------	-----------------	----------------

Latit. ☽	+ 0",34	+ 0",33	+ 0",32
----------	---------	---------	---------

Asc. R. Med. ☽	238° 14' 17"	238° 17' 10"	238° 20' 2"
----------------	--------------	--------------	-------------

Temp. Sider.	205° 42' 2"	223° 14' 55"	240° 47' 47"
--------------	-------------	--------------	--------------

Obliquitas ecliptices apparentia =	23° 27' 51",53.
------------------------------------	-----------------

Motus horarius Solis =	2' 31",565.	Parall. ☽ = 8",81.
------------------------	-------------	--------------------

Radius ☽ =	15' 13",48	15' 13",50	15' 13",52
------------	------------	------------	------------

Æquatio temporis	+ 14' 22",12.	Mut. p. hora sequ. - 0",56
------------------	---------------	----------------------------

Long. Lunæ =	235° 55' 5",04,	236° 37' 57",60,	237° 20' 48",18
--------------	-----------------	------------------	-----------------

Lat. Lunæ	+ 56' 41",24,	+ 52' 47",15,	+ 48' 52",66
-----------	---------------	---------------	--------------

Parall.

f) Diss. de Geograph. positione Speculæ Dorpatensis, Misæ viae 1813.

Parall. æqu. =	60° 16",5	60° 15",2	60° 13",9
Radius =	16° 27",05	16° 26",69	16° 26",33
Mot. hor. & in Long. in Lat.	D, = + 36° 44",20 Δ, = - 3° 20",82	D, = - 0",72 Δ, = - 0",15	

## 5.

Si calculus parallacticus ad eclipticam refertar, inde inveniuntur, pro his temporibus:

Latit. Nonagesimi =	61° 55' 23"	68° 44' 23"	75° 41' 35"
Long. Nonag.	161° 34' 57"	174° 33' 38"	191° 54' 9"
Parall. Long. Lunæ =	+ 27° 18",65,	+ 19° 18",84,	+ 10° 36",73
Latit. App. Lunæ	+ 218",75,	- 194",22,	- 562",22
Radius App. =	989",36	989",72	989",42
Parall. Long. ☉ =	+ 4",02	+ 2",83	+ 1",54
Lat. App. ☉ =	- 7",45	- 7",87	- 8",21
Diff. Long. App. =	- 2049",91	- 132",80	+ 1740",13
Diff. Lat. App. =	+ 226",20	- 186",35	- 554",91
Distantia Centrorum apparenſ			
	2062",35	228",83	1826",10

Ut vero inventas has distantias probaremus, calculos etiam respectu æquatoris subduximus, secundum Formulas rigorosas Littrowianas, e quibus hæc resultant: (Temporis momenta ac antea assumta sunt eadem:)

A. R. & Vera.	233° 49' 24",14	234° 32' 23",63	235° 15' 28",05
A. R. App.	234° 4' 19",04	234° 38' 36",07	235° 12' 24",17
Decl. & Vera =	- 18° 20' 15",02	- 18° 34' 2",42	- 18° 47' 39",29
Decl. App.	- 19° 18' 13",13	- 19° 33' 9",63	- 19° 46' 47",49

A. R. e

A. R. o Vera  $234^{\circ} 38' 35''$ ,  
 Decl. Vera  $-19^{\circ} 29' 40''$ ,  
 A. R. App. O  $234^{\circ} 38' 37''$ ,  
 Decl. App. O  $-19^{\circ} 29' 48''$ ,  
 Radius App. e =  $989'',36$   
 Diff. in A.R. =  $-2058'',35$   
 Diff. in decl. =  $+695'',71$   
 Distantia Centrorum =  $2062'',36$   
 quæ cum antea inventis optime congruunt.

## 6.

Cum differentia Longitudinis & Latitudinis e & o satis uniformiter mutetur, sufficiunt tria hæc momenta ad initium, maximam obscurationem & finem deliquii, per rectam interpolationem computandos, præsertim cum hæc momenta prope ad ipsa tempora, quæ quæruntur, sint assumta.  
 Habebis igitur

	$\Delta$ Long.	$\Delta$ Lat.	Dist. Centr.
Temp. Paris.	$20^h 30'$ .	$-2049'',91$	$+226'',20$ $2062'',35$
	$21.$	$-1085,83$	$+14,31$ $1085'',93$
	$40.$	$-132,80$	$-186,35$ $228,83$
	$22^h 15'$	$+809,19$	$-375,79$ $892,19$
	$50.$	$+1740,13$	$-554'',01$ $1826'',18$

Potest quidem inventa hæc series distantiarum formula exprimi, quæ eas ut functiones temporis repræsentet: eligi potest ex. gr. hæc =  $y = A \sin(a + \alpha x)$   $+ B \sin \beta x$ , vel etiam algebraica quarti gradus; sed aptius videtur pro ipso initii, mediæ & finis eclipseos tempore diversam construere tabulam, habita recta ratione ad secundas differentias, ut hæc momenta, excepto medio, simplici interpolatione inveniri possint.

B

En

## En igitur Tabellam:

				Diff.
20 <sup>h</sup>	30'	- 2049,91	+ 226,20	2062,35 - 140",79
35.	- 1911,51	+ 195,25	1921,56 - 140",60	
40.	- 1773,35	+ 164,52	1780,96	
21.	40.	- 132,80	- 186,35	228,83
45.	+ 2,45	- 214,10	214,11	
50.	+ 137,47	- 241,63	278,00	
22.	45.	+ 1607,82	- 529,23	1692,70 + 133",40
50.	+ 1740,13	- 554,01	1826,10 + 133",50	
55.	+ 1872,22	- 578,56	1959,66	

Erit igitur Aboæ die 19 Nov. Eclipseos Solaris

Init. = 9<sup>h</sup> 55' 30",9 a. m.

max. obsc. = 11 3 13,4

fin. = 0. 12 43,6 p. m.

} Temp. Med. Ab.

In tempore vero habebis hæc momenta = 10<sup>h</sup> 9' 13",6

11 17 35,4

0 27 5",0.

Distantia minima Centrorum futura est 210",95, maxima  
obscuratio = 1692",26 seu 0,92625 diametri Solis in parte Austral.

Ad observationem faciliorē reddendam necesse etiam est,  
punctum in margine Solis, quod primum cum Luna contactum  
facit, nosse: & erit in initio angulus, quem linea, centra Solis  
& Lunæ jungens, cum Verticali, centrum Solis transeunte, a  
summo Solis punto ad occasum numeratus efficit, circiter 57°.